



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 10. Remedia, & ei opposita. Paupertas Christi. Eleemosyna. Memoria mortis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

§. IX.

Avaritia origo.

Dile, ut lapides isti panes fiant. Matth. 4. 3. Theophyl. non dixit, dic, ut lapis hic panis fiat; sed ut lapides isti panes fiant; volens Christum ad superflua instigare. Esurienti enim unus panis sufficit. Escob. t. 2. perfec. Chr. obf. 7.

Sicut de vestimento tinea, rubigo de metallo, de necessitate fures, nascuntur; ita de divitiis avaritia, cupiditas de quaestu, de habendo habendi ardor, acquiritur. S. Chrysost. f. 7.

Philargyria, id est, amor pecuniarum, plerumque sumit principium ex tepido erga Deum amore. Jo. Cassian. l. 7. c. 1.

Cur simulacro Babylonis similes avari? Aureum habent caput; nihil, præter opes, mente versant. Cur aurum caput occupavit? quia lutum in pedibus ejus. Mortis oblivio cupiditatem parit. Jaceret sub pedibus aurum, si pulvis resideret in capite: facile contemnit omnia, qui se cogitat morituum. Oliv. t. 2. Strom. §. omnes, quæ sua sunt, quærunt.

§. X.

Avaritiæ remedia, & ei opposita.

Primum

Paupertas Christi.

Quæ avaritia sanari potest, si paupertate Filii Dei non sanatur? S. August. lib. de agone Christiano. c. 11.

Qui divitiis sublimatur, aspiciat Mundi minimum esse pauperrimum, & egenum. Quis unquam ita pauper, ut Dominus; ut cunam ad solatium non haberet? S. Bonaventura sect. 11. de temp.

Quis cupidus esse audeat? dum Christum videt nasci in stabulo, poni in præsepio, jacere in fœno, omni carere temporali subsidio; & nudum suspendi in ligno. Idem f. 2. in Conv. S. Pauli.

Secundum:

Eleemosyna.

Remedium, ad evadendam avaritiam, unicum assignat, eleemosynam S. Isid. Pelusiota l. 2. ep. 233. quæ collecta sunt, vel confertim, vel paulatim, egenis distribuamus. Nam hæc demum sola ratio est, quæ ab hujusmodi captivitate revocemur.

Si ligna apposita igni subtrahuntur, deficit ignis; ita in avaro, si divitiæ ejus subtrahuntur sibi, & dividantur inter pauperes; extinguitur ejus infatiabilis appetitus. S. Bernardus Sen. l. 6. de Amore.

Febris potest dici avaritia. Hæc febris curatur per tactum manûs; quando Dominus scilicet manum tangit; id est, quando facit avaritiam

rum manum pauperi porrigere, eleemosynam largiendo. Hugo Cardinal. in Matth. 8. 14.

Radix omnium malorum quid est? Avaritia. Radix omnium bonorum quid est? eleemosyna. Et qui nunc vulneratus es per avaritiam; cura te per eleemosynam. Mortuus es per avaritiam; te vivum ostende per eleemosynam. S. Laurent. Novar. hom. de eleemosyna.

Tertium:

Memoria mortis.

Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis. Gen. 18. 27. Quid divitiis suas aestimabat, qui seipsum pulverem, cineremque putabat. S. Gregor. apud Escobar t. 1. Mir. Chr. l. 3. sect. 1. obf. 4.

Israelitæ exierunt de Ægypto videntibus Ægyptiis, & sepelientibus mortuos suos. Num. 33. 4. In conspectu sepulchri homines vel avarissimi nihili solent pendere divitiis. Spernit divitiis, qui cinerem terminum meditatur. Escob. t. 3. Colloq. Chr. volum. 4. sect. 2. obf. 7.

De sanguisuga dicunt Philosophi, quod si alicui rei inhaeret, & ei cinis injiciatur, statim disjungitur, & recedit. Avaritia est sanguisuga, & nimia sollicitudo de rebus terrenis, quæ animæ sanguinem, virtutemque, sugunt. Injice cinerem, id est, serio cogita; te hodie, aut cras, morituum; recedant hæc sanguisuga. Diez fer. 4. Cin.

Alia remedia, & opposita.

Christus Luc. 15. ad peccatores revocandos, tres per ordinem parabolas ponit, ovis, drachmæ, filii: parabolam ovis contra superbiam, drachmæ contra avaritiam, filii contra luxuriam, objiciens; & sic ab omni peccato revocat eos. Hugo Card. hic.

Traditus est pro denariis inimico, nè tu tradaris pro denariis diabolo. S. Bonavent. Dom. Quinqu. ferm. 2.

Septem vitia capitalia sunt septem donis opposita: opponitur enim sapientiæ luxuria, intellectui gula, consilio avaritia, fortitudini accidia, scientiæ ira, pietati invidia, timori superbia; Id. in Luc. 11.

Officium donorum Spiritûs S. est, dissipare omnes vitiorum obliquitates. Primum enim Timor propulsat reliquias superbiæ. Consilium avaritiæ: disponit enim Consilium ad Spiritûs paupertatem: *Servis perfectus esse*. Eccl. Matth. 19. 21. S. Bernard. tom. 3. ferm. in die Pent.

Fræna desiderium, & non cades in laqueum. Si autem vicerit te desiderium escæ, mittit tibi collum in laqueum, & capiet te auceps animarum. S. Augustinus in Psalm 139.

Dico

Dico Domino meo: Deus meus es tu; & dicit mihi Dominus meus: ego Dominus Deus tuus. Homo, cujus Deus est, quid amplius querit? si sufficit tu Deo, sufficiat tibi Deus. Esto tu Dei; & erit tuus Deus tuus. S. Cyprianus de Ascens. Chr.

Quando cupiditate flagras; cogita, quoniam sis perventurus. Si te in terram dissolutum iri consideraveris, reprimetur cupiditatis furor. Terra es, & in terram reverteris. S. Gregorius Nyss. orat. 2. in hominis procreationem.

Varia de avaritia.

Judaei modo facti sunt spongiae, & san-

TITULUS XXVII.

AULA.

§. 1.

Periculosa, noxia.

Ex Veteri, & Novo.

Accidit, ut peccarent duo Eunuchi. Gen. 40. 1. Judaei dicunt, peccatum pincernae in eo fuisse, quod musca inventa fuerit in poculo Pharaonis; pistoris vero, quod pilus in pane. Oleari. Hoc communiter servis principum evenire solet, ut propter facilem causam in carcerem derudantur; & una hora perdant, quod tota vita meruerunt. Varia, & injusta res, est principis animus; ut qui pro minimo hominem evehat, & pro nihilo deprimat. Alvarez in Joseph illustr. 122. Aula, & aura, una tantum littera distant.

Quomodo palam factum est verbum illud. Ex. 2. 14. Vide, quam instabiles aulae honores. Moyses, adoptatus in filium regis, pellitur in exilium. Verè dixit Philo libro: quod Deus sit immutabilis: sicut affluxum maris sequitur paulò post refluxus; sic rerum caducarum affluentiam sequitur mox refluentia. S. Athanasius, cum Juliani Apostatae jussu Alexandriam in exilium pelleretur, & circa se Christianos lacrymantes videret, dixit: bonò animò esto te; nebula enim est, quae citò evanesceat. Corn. à Lap. hic.

Sec David in conspectu meo: invenit enim gratiam in oculis meis. 1. Reg. 16. 22. ait Saul impurò oppressus spiritu. David tollebat cytharam &c. v. 23. S. Basil. Seleuc. or. 14. causam tanti triumpho deprehendit: Loquebatur tantum, & hostis vincebatur; & lyrae melos, velut telum jaciebatur in dæmonem. Quis audivit trophaeum cantibus excitatum? Nè verò mireris, si cum regno in dæmonem quoque vires acceperit: nam Christi pater secundum carnem David fuit. Leones discerpit, & ursos, gigantem lapidis ictu deiecit; verum necesse fuit Christi patrem esse; ut dæmonem cantu ex aula pelleret. Naxera in Jos. 11. §. 26. David lace-

gissugæ regum, & principum: ut, cum collegerint sugentes sanguinem pauperum, evomant eis collecta. Et hoc processit ex avaritia principum. Hugo Cardinal in Psalm. 88.

Monstro similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quod dici solet; quam viâ deficiente viaticum augere. S. Martinus Bracar. Ep. in Maximis de moribus.

Extiterunt in omni tempore, & in nostra quoque ætate non defunt, sicut & boni pauperes, ita & boni divites. S. Prosper Aquitan. Ep. ad Sacram Virg. Demetriadem.

ravit ursum, & leonem; 1. Reg. 17. 34. sed in aula Saulis, quanta ei pericula! Naxera in Jos. 2. §. 50.

Efficient se ab hominibus, & cum bestiis ferisque, erit habitatio tua. Dan. 4. 22. Ut Deum agnoscat, è curia expellitur, & in montium secessibus commoratur: Naxera in Jos. 11. §. 26.

Facta est tempestas magna in mari. Jonæ 1. 4. In mari periclitatur; in ventre ceti securus. Navis, aulae typus. Difficilius est inter aulicos inoffensum vivere, quam illæsum inter feras servari. Naxera in Jos. 2. §. 50.

Stella Magis in aula radios retraxit. Matth. 2. 9.

Tentabatur Christus à Sathana, & atque cum bestiis. Marci. 1. 13. sed illæsus: non ita in aula Caiphae, Pilati, Herodis. Naxera in Jos. 2. §. 50.

Joannes in deserto inter feras immunis, in aula Herodis decollatur. Marci 6. 28.

Ex Patribus, & aliis.

Mirum dictum est: nutritus (nobilis Salvianus maritus) in palatio, contubernalis, & condiscipulus Augustorum; quorum mensæ ministrat orbis, & terræ, & maria, serviunt; inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore, tantæ verecundiæ fuit, ut virginalem pudorem vinceret; & nè levem quidem in se obsceni rumoris fabulam daret. S. Hier. ep. 9. Ad Salvianam de servanda viduitate.

Arbor plena fructibus cælo relicto, ad terram demittitur; Luna, cum maximè luget, & plena est, maximè abest à sole: sic dives, cum plenus est opibus, cælum non intuetur, Christum solem non respicit. P. Octavianus in Eccl. cap. 5.

Homines in curia sabbathizare non vidi: unde & in ea parte melior est conditio jumentorum. Petr. Bles. ep. 14. ad Sacellan. Aulic. Regis Anglorum.